

Etatiunculâ, ne moris & consuetudinis  
 probandæ exemplo in veniam veniant,  
 laudemq; solam iis buccinari videar, so-  
 lenniter protestor, & oro, ut tempore  
 temperare velis omnia, mihiq; & iis, qui-  
 bus largior usum, favorem largiaris, ab-  
 usum quibus mitto, linguas morsum,  
*Tullio 1. de fin.* roganti subscribens: Quis  
 exercitationem ullam corporis suscipit  
 (aut suscipere debet) laboriosam, nisi  
 ut aliquid ex ea commodi consequatur?  
*Secundò* veniam à te Lector impetro,  
 quàm, si bonus, das, si malus, retine:  
 Autorum verba allegavi formalia, cum,  
 ut à plagio literario, quo hodiè nihil  
 communius vacuum me habeas, tum  
 ut rem ipsam suis cum terminis melius  
 & distinctius, quod mihi tribuo neuti-  
 quam, intelligas, de autoritate, quam in  
 materiâ hâc quasi novâ & rarâ, adeoq;  
 multis odiosâ, & ab antiquis & recen-  
 tioribus scriptoribus capere vales, nihil  
 dico: Et non tantum verba hîc sunt scri-  
 ptorum communium, sed ridiculis ridi-

A 4 culo.